



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1589. usque ad annum 1595 - Una Cum Criticis R.P.  
Honorati A S. Maria Carmel. Discalc. Observationibus In Historiam  
Ecclesiasticam Abbatis Fleurii

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1772**

**VD18 90118669**

§. 45. Parisiensis civitatis suburbia a Rege invasa.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67252](#)

in fronte, modo in agminis hujus tergo **Sæcul. XVI.**  
 latum ensem ambabus manibus rotabat, **A.C. 1590.**  
 & claudicationis vitium gladiatoria mo-  
 bilitate emendabat, ac quandoque pri-  
 mum, mox postremum agmen novæ  
 hujus militiæ ex plusquam ducentis Ec-  
 clesiasticis partim sæcularibus, partim  
 Regularibus compositæ obequitabat:  
 porro Hamiltonius Parochus ad sanctum  
 Cosmam unacum ceteris hoc agmen  
 instruxerat: religiosi autem, qui ex re-  
 ditibus vivunt, quales sunt Benedictini  
 ad sanctum Germanum de Pratis, Ca-  
 nonici Regulares sancti Victoris, &  
 sanctæ Genovevæ, Cælestini, aliique  
 huic supplicationi non intererant, inter-  
 rim ceteri vexillum, in quo Christi  
 Crucifixi, & Beatæ Virginis imago erat  
 depicta, præferebant. Totum hoc sup-  
 plicantium agmen per Parisinæ Urbis  
 plateas studiose ad gravitatem compo-  
 sito vultu incedebat, ac subinde sub-  
 sistens quandoque antiphonas, & can-  
 tica resonantibus sclopetis decan-  
 tabat, ac saepius hæc divi Jobi ver-  
 ba repetebat: *vita hominis militia est  
 super terram*, cujus tamen militiæ se præ-  
 mium in cælis reportaturos ajebant.

### §. XLV.

*Parisensis civitatis suburbia a Rege  
 invasa.*

F 2

Cum

Sæcul.XVI.  
A.C.1589.

*Thuan. l. 99.*  
*Divil. l. 11.*  
*Mem. de la Lig t. 4.*  
*pag 303.*

Cum ergo Parisini suos Confessarios, animarumque Directores armis instructos viderent, sibique persuaderent quod tuendæ Religionis studio arma capeſſerent, ac pro ejus conservatione vitam esse profundendam crederent hinc & ipſi urbis ſuæ obſidionem immota animi fortitudine ſuſtinere, ac ſeſe pertinaciter defendere decernebant dum jam Rex ſancti Martini suburbium cum numeroſo equitatu, peditatuque cingebat, ſpe fretus, ſe ampliſſimam hanc urbem facile famis violentia expugnaturum: quapropter die vigesima septima Julii vespere omnia suburbia invadi jufſit, iisque dimidiæ horæ ſpatio nondum evoluto vi captis cunctas portas obſedit, quippe regii milites circum circa ſtationes agebant, domosque fossis magis vicinas ſolo æquabant rebus igitur ad extrema redactis fœderatorum Duces, veriti, ne amplius horationes, ac ſuppliciorum minæ in officio obſeffos continendo pares eſſent, poſt decem, vel duodecim dierum conuocationem decernebant, cum Rege conuerendum eſſe, non quidem eo animo, ut de Urbis ditione cum eo ageretur, ſed duntaxat, ut res in longius protrahi poſſet, hujusque moræ beneficio Maduano Duci unacum Parmensi e Belgio adveniendi ſpatium, urbique ſup-

petias

petias ferendi opportunitas suppedita- Sæcul. XVI.  
retur. A.C. 1590.

## §. XLVI.

*Urbs immani fame depopulata, ab-  
sumptis quamplurimis.*

Interim magna undique erat in Urbe <sup>Thuan. l. 99.</sup> *Hist. de la  
Parisina omnium consternatio, at-* <sup>Mon. Franc.</sup> *que ob alimenti penuriam tanta virium* <sup>de Marcell.</sup> *debilitas, ut cives, ac præsidiarii vix* <sup>t. 4. p. 647.</sup> *armis ferendis pares essent, atque uni-  
ca panis libra aureo, frumentique sex-  
tarius plusquam viginti sex aureis ven-  
deretur: imo pauperes nonnisi canum,  
catorum, & murium carnibus vesce-  
bantur, alii vero duntaxat foliis, ra-  
dicibus, herbisque, quas e saxis evel-  
lebant, ægre vitam tolerabant: porro  
intra hoc tempus duo equorum millia,  
atque octingenti partini asini, partim  
mulæ consumebantur, ac singulis die-  
bus mane ducenti omnino homines  
quandoque in plateis fame enecati re-  
periebantur, adeo, ut mortuorum nu-  
merus ad tredecim millia ascendisse re-  
feratur: insuper in platearum angulis,  
ubi alias frequentior erat incolarum con-  
cursus, necnon in publicis compitis nil  
nisi lebetes coctis herbis nequidem sale  
conditis pleni, necnon pulmenta ex  
avenaceo furfure decocta vi sebantur, nec  
raro rustici mortuos etiam canes om-*

F 3

nino